



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 130. Concilium Florentias transferendum Græcis a Papa propositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A.C. 1438.

eliminaretur. Ex aduerso Græci ante omnia hanc vocem *Filioque* a Symbolo expungendam dicebant, postmodum autem ipsum dogma examini subijciendum, & si Latinorum doctrina comperiretur orthodoxa, eam tandem definiendam esse; si vero convinceretur erronea, protinus damnandam. Vigente hac opinionum dissensione, per aliquod tempus ab ulterioribus consultationibus cessatum est.

## §. CXXX.

*Concilium Florentias transferendum  
Græcis a Papa propositum.*

Haud obscure cognoscebatur, Græcos Ferrariæ hæere pertæsos, & haud ægre luros, si Synodus penitus dissolueretur, ut ipsi in patriam suam reverti possent. Hi enim eo ardentius reditum meditabantur, quo apertius perspicerent, fieri haud posse, ut Latini ad vocem illam *Filioque* de symbolo tollendam inducerentur; eo vel maxime, cum & ipsi hanc additionem nullo pacto acceptare decreuissent. Hæc dum ita agitantur, Papa Imperatori & Patriarchæ suam de Concilio Florentiam transferendo sententiam aperuit. Cogebat ad id tum pestilentia Ferrariæ grassans, cujus major adhuc violentia transacta hyemē

Sæcul. XV.

A.C. 1438.

timebatur, huic præcipue accessit, quod Eugenius ad Græcos Ferrariæ commode alendos deinceps necessarios sumptus suppeditare haud posset, ac ob id a Florentinis pecuniam mutuo petere compelleretur, quam & ipsi dare polliciti sunt, ea tamen lege, ut ad eorum civitatem Synodus transferretur. Unde Imperator in Sessione decima quinta hanc locumutationem proxime futuram Græcorum Prælati significabat, eorum consilium hac super re exquisiturus. Illi autem Imperatori respondebant: *Non vellemus Ferrara non excedere: quandoquidem in ea statutum est, non alibi Synodum celebrari. Ceterum Imperii tui profectus declarabit, cur debeamus eo profecti, quid enim hic minime dixerimus, quod non dicamus? Quid poterunt Latini effici in Florentiæ, quod hic non possunt? esse pro expunctum iri ab illis additamentum e Symbolo? an vero persuadere nobis volunt, ut illud nostro Symbolo adjiciamus? hæc sunt utrique parti impossibilia: quare non ad alio nos conferre. Tandem vero ob rerum inopiam, qua laborare cæperant, Florentias migrare, atque Synodi translationem, calculo suo comprobare compulsi sunt.*